Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



264

apertissime confutat quando pxime suae passionis & tempus quasi futuro prescius ostendit. & locum quasi ostis intrepidus adiit.

Ipsi nihil horum intellexerunt. Erat uerbum istud absconditum abeis & non intellegebant quae dicebantur.

Legimus in euangelio secdm iohannem. Dicente dno. si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Respondisse turbam atq: dixisse. nos audiuimus ex lege quia xpm manet in aeternum. Quomodo tu dicis opostet exaltari filium hominis. Quid est ergo quod discipuli totaes sibi replicatum dominicae passionis arcanum intellegere nequeunt; Iudaei ad unum uerbum tam obscure positum ut hoc expositione dignum euangelista ducat. hoc autem dicebat inquit. significans quamodo esset moriturus. Mox quia crucis exaltatio significatur intellegunt. Nisi quia discipuli cuius curam maxime uidere desiderabant eius modo audire non poterant. quem non solum hominem innocentem sed & dm uerum sciebant. hunc nullatenus moriuel posse putabant. Quia pparabolas eum sepe loquente audire consueranT. Quotiesaliquid de sua passione dicebat hoc non ita ut sonabat intellegendum sed amore dictante ad aliud quid allegorice referendum. ee. credebant. Iudaei uero quia in eius nece conspirauerunt quicquid de sua passione uel cruce loquebatur intellegebant. hoc enim loquebatur quod ipsi summopere & fieri optabant & pficere satagebant; sicque miro & mustrato modo idem sub eundem crucis sacramentum quod fidelibus amor abscondit infidelibus inuidia pandit.

LXXV

Et factum est autem cum ad propinquaret hiericho. caecus quidam sedebat iuxta uiam mendicans. & cum audiret turbam praeter euntem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei. quod ihs nazarenus transit.

Caecus iste pallegoriam genus humanum significat. quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum claritate supnae lucis ignorans damnationis suae tenebris premitur sed cum hiericho ad propinquare ihs dicitur caecus inluminatur; hiericho quippe interpretatur luna. Luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis quia dum menstruis momentis decrescit defectum nrae mortalitatis designat; Dum igitur conditor nr ad propinquat hiericho caecus ad lumen redit. quia dum diuinitas defectum nrae carnis suscipit. humanum genus lumen quod amiserat recipit. Qui uidelicet caecus iste & iuxta uiam sedere & mendicans. ee. discribitur. Ipsa enim ueritas dicit. Ego sum uia ergo qui adhuc lucis claritate nescit. caecus est. sed si iam in redemptore credit iuxta uiam sedet. si autem iam credit sed ut adhuc lucem recipiat. Caecus quidem iuxta uiam sed & sed minime mendicat. si uero & credidit & exoruit & iuxta uiam sedet caecus & mendicat.

Et clamauit dicens. ihu fili dd. miserere mei: & qui praeibant increpabant eum ut taceret. ipse uero multo magis clamabat fili dauid miserere mei.